

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. I. Qvomodo, præsertim quàm exorrecta, celeri expeditâ, manu
dandę sint eleemosyna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

GAZOPHYLACIUM

CHRISTI

P A R S A L T E R A .

QVOMODO DANDA SIT ELEEMOSINA.

CAPVT I.

Quomodo, præfertim quām exporrētā, celeri, expeditā manu dandæ sint Eleemosynæ.

DÆ humani corporis partes stomachus & splen una alterāe functione sibi similes, alia dissimillimæ sunt. Alimentum quidem splen ad se trahit, sed s̄pē s̄o danno, nam inde intumescit & oppilitur. Stomachus bonus, quod accipit, fidet in cetera membra, velut paterfamilias distribuit. Salomon de valde disparti ingenio hominum dicens: *Alii dividunt propriez, inquit, & ditiones fūnt: ali rapiunt non sua, & semper in egestate fūnt.* Illi, ut bonus stomachus dividendo, & se & corpus omne conservant; isti, ut splen trahunt ad se etiam aliena, sed in suam perniciem.

Stomachus dannum accipit, non solum ab inopia, cum non habet quod digerat, sed etiam à copiâ, cum semper & nimium habet quod coquat. Sic enim pluriū impeditur, sibi & aliis membris alimoniam acervando gravissime nocet. Ita proflus hi tales corradunt divitias, detrimento suo maximo: In egestate aut spiritus sunt, aut certè corrasis opibus frui non possunt. Optimus stomachi nota est, bene concoquere, largè distribuere. Hi propria dividunt, & ditiones fūnt.

Dividendum esse la parte primâ diximus. Quomodo dividendum sit, hac alterâ exequatur. Atque ut preceptiones non multa tantò tenacius infigantur in largientis modis, quanto compendiosius; tres illarum suis voluculis comprehensas hoc caput explicabit. Sunt ista: Da ipse eleemosynam: Da diict ante syllabo: Da cito. De his nunc plura.

§. I.

Conclusio: Modus: Da ipse eleemosynam. Ostende manum usum te nondum perdidisse. Immitte dexteram in matrūpium, aut canistrum, & ipse nūmos aut panem porrige. Hoc iis præcipimus, quos dignitas eminentior aut mos non aliud cogunt facere. Qui cœnobii clauduntur, parissimè dant ipsi suâ manu eleemosynas; nihilominus in religiosis familiis nōn concedimus, subinde vires janitoris fungi, & ad cœnobii portam pauperiū tribui stipem & panes partiri. Ita nec summo Pontifici, nec Romano Imperatori, nec Principum ulli vetiū, eleemosynas quandoque non alienâ, sed suâ manu largiri. Res est optimi exempli, & Christianæ humiliati congruum.

Historia: Anno 1034 die 20. Augus. in Fr. u. Har. e. Patrum Rex Stephanus tam Romanâ quam Constantiopolis, & Hierosolymis Collegia, templa, xenodochia, exædificavit, & ampliis censibus dotavit. Sed hæc omnia dedisse tam sanctæ liberalitat parvum erat, nisi & ipsum Christum pauperem suâ manu ditarer.

Aigitur quadam nocte crumenam nummis turgidam pro comitatu regio assument, in pauperum turbam se immisit. At illi mōstæ nimis avidi, temeraria manus nec à regis vultu abstinerunt & ut alter alteri argenteum præripereret, regi barbam evulserunt. Licentiosa haec mendicorum improbitas, profecto regi nobilitissimum sanctimonie testimoniū dedit: & quod fatale aliis, hoc lucrosū fuit mendicis. Nam tantum abfuit optimum regem in hanc hominum fæcēm excedere, ut etiam sibi ipse gratulatus, Christo & ejus beatissimæ Matri, corpore in terram abjecto, gratias egerit, quod istud largitionis suæ præmium retulerit. Et verò scipsum suaviter irridens: Imposterum, ajebat ipse secum, in mendicos aut plus monetæ sparges, aut plus barbae amites. Sed noluit Deus adeo sinceram munificentiam tam illustri Patientia ac Humilitati junctam præsenti carere præmio. Solebat Rex Stephanus frequenter interrogare, de pauperum & ægrotorum valetudinâ, & mox vel florum, vel panis, vel pomorum, vel pecunie aliquid mittebat agro recreando. Sed illud plerumque addebat: Dic ægroti illi, ut quamprimum convaleseat. Vox eventum habuit non raro. Nam multi ad has voces & suavissimum regis inperium continuo fani & incolunes surrexerunt. Ita Stephanus eleemosynis, quas ipse dedit, modesta & occulta patravit miracula.

Beatus Paulus hanc ipsam eleemosynæ legem servaturus: *Nunc igitur proficiat, inquit, in Hierusalem, ministrare sanctis.* Probaverunt enim Macdonia & Achaja col. v. 25. 26. *Rom. c. 15.* *Probatum aliquam facere in paupere: sanctorum, qui sunt in 27. 28.*

Hierusalem. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. Hoc igitur cum consummavero, & assignavero eis fructum hunc, per vos proficiat in Hispaniam. Ista audiant, inquit Chrysostomus, & dixites, & pauperes. Si enim quis manibus suis vixit, quinam illi, quis vero tu sis. Non dicit Paulus: Proficiat eleemosynam deferens, sed ministrans. Si verò Paulus ministrat, cogita quantum sit, quod sit, nimisrum quod Doctor orbis deferendum recipit, & quod ad Romanos peregrinaturus, quodque illos usque adeo videre desiderans, hoc tamen illi præfert.

Non immerit miratur Chrysostomus, concionatorem Orbis leproso tanquam per concionandi officio & negotiis omnibus, non per internuncium, nec ullam alium, sed per scipsum eleemosynas subministrate voluntate. Hoc agebat, ut eas ipse ferret, ipse daret. In rebus plerisque omnibus documentum optimum est: Si quid curatum velis, ipse cura, & non alius manda. Si adesse non possit domini manus, saltē ad sit oculus. Silaborem ipse suscipere non possis, saltē laborantes oculo præsenti ac vigili cohortare. Idem in eleemosynis servandum: exortige manum, da ipse stipem mendicis.

cos ipse alloquere, & tuum illis fructum assigna ipse. Germani veteres in eo genere religiosissimi filiorum aut puellarum manibus inserebant stipem, ut sic liberos à cunis assuefacerent dandis eleemosynis. Margarita Hispaniarum Regina liberos suos à teneris unguiculis ita erudit, ut ipsi non prono solum affectu, sed suâ etiam manu largientur stipem. Ergo da ipse eleemosynam.

§. II.

2. Modus
Da dictate
syllabo.

Alter in dandâ eleemosynâ modus est: Da dictante syllabo. Memoria humana non solum non immensa non infinita, sed labilis, & fluxa, idcirco ea continuo subfidiis fulcienda. In eam rem sunt schædiasmata, sunt chartulæ ac syllabi, sunt signa & libelli, qui sèpius inspecti memoriam vellicant, ne ipsi subrepat obliuio. Hic prius ita facendum; Pater aut materfamilias sèpius querant. Quid sit? num pauperibus datur, quod dari justum est, & quomodo datur? Hoc agros, hoc capitivis, hoc aliis deferendum dedimus, num delatum est? Illi autem, qui multis statas dant eleemosynas, syllabos suos & nomenclaturas crebro consulunt, & ne quid obliuosè aut negligenter hic agatur, videant.

Beatus Fulgentius Episcopus, qui letali in morbo assidue precabatur; Domine I e s v, hic modò patientiam, & postea indulgentiam: hic ipse moriturus omnium pupillorum, viduarum, egenorum nomina exactè tenuit, & discriminat atque dispositè praecipit: Huic tantum pecunia date, illi minus, plus isti. Quia verò non omnium talis est memoria, tam tenax, tam ampla & fida, necessarium est, chartam interrogare; syllabus juvet. Ut ostendas rei tibi curæ esse & cordi, nonnumquam quare: Quid meus dicit syllabus? quæ nomina fugerit expungenda? Hoc Gregorius Magnus, hoc Ioannes Patriarcha Alexandrinus, hoc & alii fecerunt, qui non graciles libellos, sed codices & volumina nominibus pauperum imprevenerunt. Hic serio agendum & graviter; Res Domini est.

Sed & in aliis rebus innumeris terrarum Orbis longè melius administraretur, si negotia non adlamenti memoria cognitientur, sed ad monitoris syllabi suggestionem ordine concenserentur.

Guido Pan-
cirollus to-
tae memorab-
itis pag.
736.

Romanî olim servos albabant, quorum hic unicus labor, cives Romanos nosse, & nomina eorum memoria complecti. Hos nomenclatores appellabat. Eorum usus tuc maximè opportunus, cum dominis suis Candidatis & magistratus ambientibus civium Româna suggereretur, prout quisque obvium se dabit. Ita Candidati singulis suo nomine compellandis omnium benevolentiam captare potuerunt. Majore enim voluntate afficitur, qui suo se nomine compellari audit, ejusque animus ita compellanti magis conciliatur, quam si velut ignotus salutetur. M. Catoni etiam, ait, Tullius, nomenclatorem fuisse, qui obviorum nomina insurrarit.

Lne. e. 16.
v. 9.

Enimvero & nos, quotquot cælum ambimus, Candidati sumus, Amici Numinis, qui prensandi, sunt pauperes. Hos dixit montrans Servator: Facite vobis amicos, inquit, de Mammon iniquitat, ut cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Hi amici, hi fratres Christi sunt, hi ambiendi à nobis, horum captanda est benevolentia, horum noscenda sunt nomina. Adsit igitur nomenclator syllabus, qui moneat: da huic, da illi pauperi, cras istis atque illis, atque aliis largiendo subveni. Nullus sénus, quantumvis cetera obliuosus, meminisse definit, quo loco aurum defoderit, aut cui pecuniam mutuam commendarit. Hic avaritia memoriam reddit fidelissimam; hic nullo nomenclatore opus est. At cum dandum est, & quidem gratis, cum

A pauperes sunt juvandi, hem quâni facilis obrepit oblio-
vio? quâni fallax & lenta, quâni segnis & infida hic
solet esse memoria? cui ea hic non labat, quem non
destituit? Quapropter monitor necessarius, nomen-
clatore opus est. Da igitur dictante syllabo.

§. II.

Tertius in dandâ stipe modus est: Da citio, Chry- 3. Modus:
stostomi tensu tria sunt optanda Christiano. Ut Da citio,
velit, ut possit, ut compleat. Multi volunt, sed non pos- Trias op-
sunt. Sunt, qui possint, sed nolint. Sunt, qui velint & tâda Cito-
possint, cepta tamen non compleant, sed cunctando
& procrastinando, vel etiam cessando perdant. Com-
munis morbus est ditorum. Differere. Frequentissima Diff. m. et
sunt illis hæc voces: Cras veni, perendie redi; sequenti cōmonis
mense id fieri, post medium annum videbimus. O nul- ditorum
lum auxilium, & frigidum solatium, quod prebet morbus.
B tam exosa cunctatio!

Hæc avy nostri, in aulis presertim & curiis labes Labes n. et
maxima est, pâne omnia procrastinare. Quæries illud nocturnis
Areopagitarum res ipsa pronuntiat. Post cœnum annos. Hinc litæ in annos eunt, & in sæcula, hinc fortuna- prene om-
nium pro-
crastinatio.

Differere honesta semper serum & noxiun;
Iactura vita maxima est dilatio.
Veteres dilationis dama subiecturi oculis pinxerunt Quomodo
cinnaceum, cum inscriptione: Procrastinationis dama. do venu-
do venu-
Erinaceus cum difficultate pariat, partum, quamdui dilationis
potest, extrahit & procrastinat, quod autem longiores dama di-
moras interponit entendo, hoc acerbius pungitur, & piñxerit.

C facit, fac citio. Ecclesiastes ad tollendas moras extinximus. Quod Ioh. 1,1
facit, fac citio. Ecclesiastes ad tollendas moras extinximus. v. 27.
Mane, inquit, semina semen tuum, & vesperi non cesset v. 5.
manus tua: quia nefcis, quid magis oriatu hoc an illud. Pigris
in dies actiones suas procrastinan. Cunctatione res omnes v. 6.
redduntur imperfectæ, præsentim beneficia, quæ Bathus,
sapientia tarda est sterilior, quanto lentior & mortior. Beneficia
sapienter ac fideliter monens Salomon: Ne dicatis, tia cluda-
inquit, amico tuo, vade & revertere, cras dabo tibi, cùm statio-
tim posis dare. Dabo tibi, vox aurea, vox optima, sed & perfe-
tione id
penitus corrumpit, nequissimum. Cras. ditur in
Cras te vieturum, cras dicis, Posthume semper, v. 28.
Die mihi cras istud, Posthume quando venit?
Quam longe cras istud ubi est, ant unde petendum?
Numquid apud Parthos, Armeniosque jacet?
Iam cras istud habet Priami: vel Nestoris annos:
Cras istud quanti, dic mihi posis emi?
Cras vives: bovie jam vivere, Posthume serum est.
Ille sapit, quisquis, Posthume, vixit heri.

D Torpedo pisces torporem imprimit & pisces & pi- Aris. 1,1
scatoribus: sic alios pisces capit, sic piscares eludit. hisp. 21.
Dilatio planè torpedo est, quæ liberalitatem efficit mal. 1,1
segmem, & cunctabundam, & hoc ipso admodum in- & 31.
gratiam. Luciani scitum est: Gratia, quæ tarda est, in-
gratia est gratia.

Gratia namque
Si bene quid facias facias citio, nam citio, factum
Gratum erit, ingratis gratia tarda facit.

Nam quod Annæ credemus, omnis benignitas pro- Cio fac-
perat, & proprium est libenter facientis, citio facere. re proprie-
E priscis sapientiæ & verè dixit Publius: Beneficium et libe-
bis dat, qui celerer dat; & minus decipitur, cui ne-
gatur celerer. De beneficiis tam eruditè quam Christi- Beneficii
dissertans Seneca: Sic demus, inquit, quomodo vellemus accipere. Ante omnia libenter citio, sine ullâ dubita- Sem. 1,3
tione. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis ha- de benefi-
bit, quod quis agre dimittere visus est, & sic tamquam fibi inter ma- c. 1, & 6, 6.
prerius hec.

pripererit. Etiamsi quid more intervenit, evitemus omni modo, ne deliberasse videamur. Proximus est à negante, qui dubitavit, nullamque meretur gratiam. Nam cum in beneficio jucundissima sit tribuentis voluntas; qui molentem se trahit, ipsa cunctatione testatus est, non dedit, sed adversus du-

*Ab eo, qui in
fauem tra-
hi, alio
male ren-
tante.*

In testimonium venit Publiana illa sententia:

Bis est gratum, quod opus est, ultrò si offeras.

Nihil aquæ amarum, quam diu pendere. A quoque quadam animo ferunt, præcidi spem suam, quam trahi. Quare verissimum existimat, quod ille Comicus dixit:

— Quid? tu non intelligis?

Tantum ie gratie demere, quantum moris adjicis?

Inde illæ voces, quas ingenuis dolor exprimit: Fac, si quid facis. Major est munera gratia, quod minus diu pendit. Qui tardè, & diem de die extrahens profuit,

*Quia duas
res maxi-
mas per-
diderit, tem-
pus sciu-
cer & ar-
gumentum
bonæ vo-
luntatis.*

non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, & tempus & argumentum amicæ voluntatis. Tardè vel le volenter est. In omni negotio non minima portio est, quomodo quidvis dicatur aut fiat. Multum celeritas fecit, multum abstulit mora.

§. IV.

Iohannes Alexandrinus Patriarcha templum beatorum Martyrum Cyri & Ioannis peregrinando visere instituit. Cum urbis portâ jam egredetur, accurrit mulier, & opem postulans: Vindica me, inquit, injuriam patior à meo genero. Hic Comites suadent Ioanni caussam, nec suo tempore nec loco delatam, post redditum discutendam: faccesset tantisper importuna mulier. At Iohannes: Et quomodo, ait, orationem nostram audiet Deus, si ego hanc negligam audire? Deinde quis mihi vitam spondebit in crastinum? Hinc non abibimus, dum jus dicamus, & vindicemus oppressos.

Iohannes à Iobo hoc didicit, qui de seipso: Si oculos vidue, inquit, expectare feci. Orbem inspicere, & passim nihil minus fieri videbis. Vbiq; procastinationes innumeræ. Obvias sunt voces illa: Wade & revertere, cras dabo tibi. Longe aliud in corpore humano cernimus: cum unico membro ægre est, mox adiuncta, opem allatura; cum ius minatur capiti, mox se se obiiciunt manus; quando cor in asto est, mox accurrit sanguis. Nos sub uno capite, in uno corpore membra sumus, cur non alterum ab altero, idque festinatis auxiliis juvamus? Cunctatio jaæura vitæ maxima. Notæ sunt vel pueris Petri Telonari moræ.

Petrus tâ dives, quam avarus, & in pauperes asper, fermōnem dedit iis maximè, quibus nihil eleemosynæ dedit. Hoc vel inde clarum fiet. Hieme cum in sole apicarentur mendici, variis narratiunculis eas domos commendare coepérunt, quæ liberalius darent. Vt superare illas, & atro calculo notare, quæ mactum illud: Abite, abite, occinerent. Hic multa Petri Telonari mentio. Vtius aliquis mendicorum, velut curiaz præses singulorum sententias perrogare, num illus unquam vel miculam accepisse à Petro avarorū omnium primipilo; negare singuli se vel obolum, vel buccellam, vel tegetis particulam ab eo unquam acceptisse. Hic audacior unus: Pignore, inquit, contendam, ni hodie si psem ab eo extorsero. Enimvero, tu dic, mecum quo pignore certes? ita sim salvus ut Petrus hoc ipso die datus est. Omnes liberaliter deposuerunt; Æthiopem illum lavari non posse. Mendicus ad omnem vafrictem factus, ad illius avarissimæ domus ostium se collocat, vocem manus, vulnus, oculos, corpus omne compunit ad nummulum vel panis frustulum extorquendum. Brevi approparet ipse Petrus, & quod opportunissime cecidit, cum eo simul ju-

mentum panibus onustum. Hic mendicus velut in scenanam profligens, non solum vocè flebili, sed & manibus protensis & oculis flere jussis, & genitulacrymabilis sic perorat, ut Petrus invitum se moveri sentiens in indignationem proruperit, & lapidem circumspiceret, quem in mendici caput projiceret. Lapide non invento, furor ei panem pro armis ministrait. Mendicus hunc lapidem ex osculatus curriculo ad fodales suis abiit, & panem Petri manibus illustri victoriâ excusum monstrevit.

Post biduum letali morbo decumbit Petrus. In quiete visus est sibi rationem vita transactæ reddere, inde actiones suas omnes pias, impias in librâ componi: pondus ingens malarum, bonarum nihil reperi, præter unicum paneum illum, quem ante biduum licet invitum in caput Christi pauperis abjecisset. Hic Æthiopess malum actionum lancem prægravare, & ad terram detrahere: parte alterâ candidati juvenes lugere, & inter se quærere de staterâ in alij in erigendâ; nec tam invenire, quam unicum panem pauperi cum indignatione projectum. Tandem libripens mitissimâ sententiâ: Abi, ait, & panem hunc auge: alioqui Æthiopess, quos cernis tui adversarii te in suum regnum abripiant. Hic Petrus non è somno tantum, sed è scleribus evigilans, & in seâ descendens, omnemque anteaстан vitam relegens: Deus bone, inquit, si panis unicus non sine bile projectus tantum profuit, quantum sibi cumulabit lucri, qui sua indigibus sponte & humaniter impertiverit?

Ab eo tempore adeò liberaliter & plenâ manu dedit, ita se totum in pauperes prorudit, ut non tantum non opibus suis, nec suis vestibus, sed nec sibi ipsi pepercit. Cum naufragiū, qui naufragium vix nudus evalerat, supplicem haberet, suâ se veste spoliens vestivit naufragum. Quo facto vir longe fortissimus in somno illi oblatus est, qui crucem humeris cerebat, & hunc in modum interrogabat: Num Petre hanc vestem, quâ induxisti, nosti? Ego gram ille naufragus, quem tu hoc indumento tegebas: urebar frigore, sed tu operiebas me: gratias ago tuæ in me tam pronæ voluntati. Dispuslo somno Petrus in admirationem maximam raptus. Verè beati sunt, inquit, beatissimi, qui egenos, ut possunt, juvât. Si ita res se habet, ut Christum ipsum reficiat, alat, vestiat, quicumque reficit, alit, vestit pauperes: vivit Dominus, non conquiescam, dum unus ex illis sicut.

Dixit & fecit: Nec enim conquievit, dum in Palestina venderetur aurifici Christiano: Huic domino ita servit, ut vilissima quæque domus ministeria præstat, & obiret, & interim jejuniis se maceraret, nec indignaretur à conuerso satius haberi. Nec mirum. Frequens è celo solatium accepit. Nam quotiescumque acerbis & iniquis à domestis tractabatur, toutes ei Christus se spectandum præbens cæ veste, quam Petrus naufragio sonarat, & vero etiam his vocibus permulcens: Persevera Petre, nemo gratis me collat, brevissimus labor, præmium æternum. Perseveravit Petrus, & in eâ domo, in quâ servierat, auditum, & vocem surdo impetravit.

O Petre beatus es, quod tua dederis pauperibus, beatissimus, quod te ipsum. Sit aureus orbis terrarum univerlus, & tamen pretium tuæ venditi non æquavenerit. Quam vero Ambrosius: Neque enim, ait, quisque magis beatus, quam qui intelligit super pauperis necessitatem, &

Amb. 10. 4.
L. 1. off. 1.
c. 11. pag. 428.

insim argue inops errannam. In diu iudicii habebit salutem à Domino, quem habebit debitorem.

Vt ergo tanto rectius des eleemosynam, Da illam ipse, da dictante syllabo, da cito. Vis recte suadere, vis opem ferre, vis fieri benefacere? obsecro te, suade cito, bene fac & juva celeriter, ne gratiæ mora corrumpas; alioqui, & tu animum dandi, & al-

ter

ter accipiendi perdit. Duplicata sunt beneficia, quæ naturata.

C A P V T II.

Eleemosynas humaniter, consideratē, largiter dandas.

Cesar. l.4. Illus. m. 68. pag. 224. CESARIUS ē Cistertiensi familiā, qui ante annos quadringentos avi sui miracula con-scripsit, rem sibi narratam litteris mandans: Quidam Abbas, i.e. quidam, hospitalitatis amans, & in pauperes supra modum prolixus fuit. Ne autem in his pietatis officiis remoram sentiret, sibi similes suo cœnobio curatores ambivit. Optimus conatus miro favore Deus prosecutus est. Quo plures hospes receperunt, quantumque largius egenis beneficit, tantò copiosior cœnobii provenitus fuit. Huic Abbas alius succedit, & cū eo tenacitas & avaritia. Prioribus igitur curatoribus amoris sibi similes adiecit novus Antilles, avarus avaros. Et ut res mangonio non careret: Prior Abbas, aebat, nimium fuit dapsilis & effusus: contrahendæ sunt manus, & a pars cœnobii serendum, ut si agros sterilitas, peccus pestilens, grando segetem invadat, habeamus nihilominus, quod promamus. Hoc mantello Abbas il-laudatum parlimoniū velabat. O condum, non Pro-mum! sed avarus Condus, calamitosum facit Promum. Postquam enim hic lucrio non hospites solū, sed & hospitalitatem exclusit, & tributum pauperibus dari solitum subtraxit, simul etiam cœnobii cen-sus decrevit. Eò res prolapſa, ut vix esset, quod mensis ex ritu & mo re inferretur. Inops era opulentia. Quadam die vir grandævus & canus à janitor hospitium magnis precibus rogavit. Hunc janitor claus & timide admisit. Cenula prorsus tenuis allata: offula exculpta, caules malè uncti, & quod cœnæ caput, præfalsa & durata fumo albula. Saper omnia tamen vultus & verba accessere bona. Nam janitor modestè pre-fatus: Velim, inquit, vir optimus, mensam tam tenuem æqui bonique consulas. Sanè non grandi mazonomo cibos ferimus. Memini oīm cū nostra domus tam opimis redditibus gauderet, ut vel Pontifices salari cœnæ liceret excipere: jam vix panem & olifcula ex-hastum penu subministrat. Huic cano capite hospes: Duos fratres, inquit, monasterio expulsi: & nisi hi revocentur, actum est de vobis, è dura cœlesti numeram quod satisluctabimini. Illorum fratum alteri no-men est DATE: alter DABITVR VOBIS, appellari solet. Et cum dicto feso oculis subduxit hospes. Janitor non infelis memorie: amborum nomina utcumque retinuit, rem Abbati ac ceteris ordine percensuit. Ab exilio revocatus est frater DATE, & unā cum illo redit germanus exul DABITVR VOBIS. Refumpta est in egenos liberalitas, & res familiaris misericordie augeri coepit.

Res mira hos fratres separari non posse; individuo nexu se se comitantur. Vbi DATE, illio & DABITVR est. Ita unam aliquam domum aut uterque occupat, aut neuter. Renuit dare? ergo recusas accipere: nec tibi dabitur.

Atque hoc est, quod hactenus urgamus, & unā jam dandi modos explicamus. Superiori capite præcep-tionem triplicem suggestimus: Da ipse, da dictame syllabo, da cito. Triplicem aliam hīc subiungimus: Da hu-maniter, da consideratē, da largiter. Singulis præceptio-nibus maiorem lucem dabimus.

4. Modus:
Da huma-niter.

Q Vartus igitur in dandis eleemosynis modus est: Da humaniter, vultu bono, verbis amicis, gestu

A non superbo. Verbis contumeliosis omnis grātia cor-rumpitur. Quād decorum est, cū viri primarii for-didum palliolum comiter ac benevolē alloquuntur, nec adducto supercilie inopes velut voce indignos re-jiciunt. Siracides hīc præceptorem agens: Filii, ait, in Eccl. 11 bonis ne des querelam, & in omni dato ne des tristitiam ver-2.15. bi mali. Cū eleemosynam das, cāve illam alperis ver-bis corrumpas, ne qui accipit, pro gratiarum actione na alpen. tibi maledicat. Non raro lenis, placida, & comis oratio verbis ut corrum-peada. Blande & amicabiliter alloquer-2.16. re, & jam dedisti. Vt ros præterite sic calores tem-pérat, ita dolores, quos urens creat paupertas, mitia verba leniunt valde ac mitigant. Alperis tuo muneri comitatem, & munus geminum consulisti. Frons ru-gosa, tetricus vultus, verba rigida mororū sunt, non solatio, & donum quod comitantur, jugulant, Eleemo-syna, præsertim non magna, verborum saccaro & melle condita est, ut solent quādam placenta, sine hoc condimento minùs placitura.

Est qui canem velit alicere, & alterā quidem ma-nu panem, sed alterā fūtem echinatum porrigit: non allicet: fugabit. Ita sunt qui stipem dividunt, sed iis verbis, quæ slevius echino pungunt. Das panem, inquit Chrysostomus, & vocas impostorem. Exofum & miserum donū. Suavius benefacere, si tua retineres, quād si tam morosus & humanitatis expers sis benefactor. Atios mores divinū Paulus nos docens: Induite vos, Coloss. 1. inquit, sicut electi Dei, sancti & dilecti, viscera misericordiae, v.11. benignitatem, humanitatem, modestiam, patientiam. Harum virtutum sanè nullam habet, qui adversus pauperes tam alper, & inhumanius est. Et cui benignus ille videatur, cui patiens, humilis & modestus, qui Lazaro tam inclemēter dimittit, qui prius convicis mordet, quād numinis donet. Num a modesto humili sint illæ vo-ces? Vos errores otio nati, vorando, ludendo, potan-do vestra consumitis: Vos mures omne horrum in-felicitatis, omne tritricum corroditis: Vos inertes bestie labore fugitis, & ignavam mendicitatem ultrō se-2.17. etiamini: quād ventres tam pigris satis impletat? Ohe satis elogiorum, satis est. Parcius ista, obsecro, Christia-ni, non hic misericordiae sunt viscera, ubi verba ja-2.18. ciatūr tam inhumana. Isidorus Pelusiota eos, qui pau-peres velut molossi allatrant, graviter reprehendens: ipsi, 2.19. Eleemosynam, inquit, a probro & contumeliam puram atque immunem esse oportet. Nam qui ei haec adjun-gunt, fraganti unguento cœnum admiscem, arque accipientium animos percutiunt. Quād enim cum pro-bro porriguntur, etiam si maxima sint, accipientibus probo-minimè jucunda sunt, tametsi alioquin necessitate con-2.20. stricti cœtumelias tacitè ferant. Cū autem etiam per-exigua sunt, atque cum contumeliam præbentur, into-2.21. lerandam quamdam egentium animis tempestatem cipio-2.22. pariunt. Quocirca pauperibus leniter & placide re-inqua-2.23. spoñere oportet. Melior est sermo quād donum, sunt.

Mendici, ut scias, non minus homines sunt, quād tu ergo iis te quoque hominem ostende, & siou me-mineris etiam te mendicum esse. Apposite Guili-el-mus Lincolniensis. Dic mihi, queso, o d̄ives, ait, quare colis, in te pauper tecum non accipier cibum, qui tecum accepturus est re-potis. Ergo quare non accipier veterem tunicam, qui tecum acce-part. 3.1. pturna est immortalitas stolam? quare pauper non meretur accepere panem tuum, qui tecum meruit accipere baptisimi Sa-tramentum? Cur indignus sit accipere reliquias ciborum, qui tecum venturus est ad convivium Angelorum? Ergo mendicus mendico, sed regni socio amicē ac humaniter responde.

Quis verò nostrū à Deo unquam, cū mendica-mus, & supplices ei libellos porrigimus, responderi si-bi audit; Recede impostor: non venires ad me, nisi ne-cessitas te præmeret: in templo tantum tibi charus sum; cū extra templum es, allis sed furtivis amoribus dele-